# Tractatus Secũdus.

dr̃a ei⁹. Dõm ꝙ pe.hyſ.h inſeq̃r porphi.q̃ loq̃r ſm falſã opinionẽ ſtoycoꝝ
☞ Ar̃.gen⁹ dr̃a ꝓpriũ ⁊ accñs definiũt a Pe.hyſ.⁊ tñ nõ ſtƺ ſpẽs.g̃ con
tradicit ſibiipſi. Dõm ꝙ ſolius ſpẽi ẽ definitio ꝓpriiſſime dc̃a.ſ.q̃dditatiua
et eẽntialis.ſƺ gen⁹ dr̃a ꝓpriũ ⁊ accñs pñt bñ definiri deſcriptõe q̃dã acci
☞ Ar̃.ſuba nõ eſt ſpẽs.⁊ (dẽtali.⁊ ſic hñt modũ ſpẽi.lƺ nõ ſint ꝟe ſpẽs
tñ definit̃ definitõe q̃dditatiua ⁊ eẽntiali.vt ſuba eſt ens ꝑ ſe Dõm ꝙ
illa nõ eſt vera definitio. q̃dditatiua et eẽntialis ſube.ſed eſt vna deſcrip/
tio.qꝛ ens non eſt genus.licet ſit q̃d ꝯmunius ꝗ̃ ſubſtantia
☞ Ar̃.aĩal definit̃ definitõe q̃dditatiua ⁊ eẽntiali. ⁊ tñ aĩal nõ eſt ſpẽs.
ſed gen⁹.g̃ nõ ſola ſpẽs definit̃. Pria ꝑs añtis ꝓbat̃.qꝛ aĩal ẽ ſuba corpea
mixta aĩata ſenſitiua.q̃ q̃dẽ eſt definitio q̃dditatiua ⁊ eẽntialis. Dõm ꝙ
aĩal definit̃ vt ſpẽs.ſƺ nõ vt gen⁹.qꝛ aĩal eſt gen⁹ ſubalternum.⁊ ſic p̃t eſſe
gen⁹ ⁊ ſpẽs.qꝛ ſpẽs reſpcũ ſuoꝝ ſupioꝝ.⁊ gen⁹ reſpectu ſuoꝝ inferioꝝ.

PRopriũ dr̃ quadruplr̃. Primo dr̃ ꝓpriũ qđ ineſt ali/
cui ſpẽi et nõ oĩ. vt eſſe medicũ vel grãmaticũ cõue/
nit alicui homini.ſed nõ omni.

Poſtq̃ autor determinauit de gñe ſpẽ ⁊ dr̃ña.q̃ p̄dicant̃ eẽntialr̃. h ꝯñr
determiat de aliis vlib⁹ ſiue p̄dicabilib⁹ q̃ p̄dicãt̃ accñtalr̃.⁊ p̃mo de ꝓprio.
ſcđo de accñte. Rõ eſt.qꝛ ꝓpriũ fluit ex p̃ncipiis ſpẽi.⁊ accñs ex p̃ncipiis in
diuidui.ſed ſpẽs eſt añ indiuiduũ.g̃. Scđa rõ eſt.qꝛ ꝓpriũ p̄dicatur de ſuis
ſubiicibilib⁹ ꝯuertibilr̃.⁊ accñs nõ ꝯuertibilr̃.ſƺ illud qđ p̄dicat̃ ꝯuertibi/
liter hƺ veriorẽ modũ p̄dicãdi ꝗ̃ illud qđ p̄dicat̃ nõ ꝯuertibilr̃. Primo ãt
diſtinguit modos ꝓprii.eo ꝙ ꝓpriũ ẽ de nũero eorũ q̃ mltiplr̃ dicũt̃. Dicẽs
ꝙ ꝓpriũ dr̃ q̃druplr̃. Scđo ꝓſeq̃r mẽbra diuiſiõis ⁊ p̃mo p̃mũ Dicẽs ꝙ ꝓ
priũ p̃mo mõ eſt qđ ꝯuenit ſoli ⁊ nõ oĩ.vt eẽ medicũ ⁊ eẽ grãmaticuƺ. Et
ẽ rõ illi⁹ modi.qꝛ ꝓpriũ p̃mo° fluit ex p̃ncipiis eẽntialib⁹ ſpẽi. ſƺ nõ nccãrio
et ꝑ hoc ꝙ fluit ex p̃ncipiis eẽntialib⁹ ꝯuenit ſoli ſpẽi. ꝑ hoc aũt ꝙ nõ nccã/
rio ſƺ libere ex eis fluit nõ ineſt oĩ indiuiduo illius ſpẽi Sicut exẽpli gr̃a eſſe
grãmaticũ cauſat̃ ex ꝓpriis p̃ncipiis hoĩs mediãte ĩtellectu ⁊ volũtate ſm
ꝙ ad ſtudiũ applicat̃.ideo repit̃ forma illa vbi eſt intellect⁹ ⁊ volũtas. ⁊ qꝛ
volũtas ꝯtingẽter ⁊ ñ nccãrio applicat̃ ad ſtudiũ.ideo nõ ineſt oĩ indiui/
duo. Et dƺ ibi capi eſſe grãmaticũ vt dr̃ actũ.qꝛ ſm ꝙ dr̃ aptitudinẽ eſt ꝓ
priũ q̃rto mõ. Et ſilr̃ mõ dõm eſt de hoc qđ eſt eſſe medicũ

Queritr̃ Utrũ modi ꝓprii ſint ſufficiẽter aſſignati. Dõm ꝙ ſic
vt pƺ ꝑ ſufficiẽtiã q̃ talis eſt Nã oẽ ꝓpriũ fluit ex p̃ncipiis
illi⁹ cuius eſt.vel g̃ illa p̃ncipia ſtƺ adeq̃ta ꝓprio vel inadeq̃ta. Si ſtƺ iadeq̃/
ta hoc eſt duplr̃.vel p̃ncipia ſubiecti excedũt ꝓpriũ. ⁊ ſic eſt ꝓpriũ p̃mo mõ.
vel excedũt̃.⁊ ſic eſt ꝓpriũ ſcđo mõ. Si aũt ſtƺ adeq̃ta.ſcƺ ꝙ p̃ncipia ſubiec/
ti adequant̃ ꝓprio.hoc eſt iterũ duplr̃.vel illa p̃ncipia ſunt intrãſmutabilia
et ſic eſt ꝓpriũ q̃rto mõ.aut ſunt trãſmutabilia.⁊ ſic eſt ꝓpriũ tercio mõ Ulr̃
ſic. Oẽ ꝓpriũ fluit ab aliq̃ ſpẽ.vel g̃ eſt ꝯuertibile cũ tali ſpẽ.⁊ ſic eſt ꝓpriuƺ
quarto mõ.vel nõ.⁊ hoc eſt duplr̃.qꝛ aut ꝯuenit oĩ ⁊ ſoli ⁊ hoc ꝓ aliq̃ tpe
et ſic eſt ꝓpriũ tercio mõ.vel nõ et hoc eſt duplr̃.qꝛ vel ꝯuenit ſoli ⁊ nõ oĩ.⁊
ſic eſt ꝓpriũ p̃mo mõ.aut oĩ et nõ ſoli.et ſic eſt ꝓpriũ ſcđo mõ.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-405/0178
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG